



## Universitätsbibliothek Paderborn

**D. Burchardi VVormaciensis Ecclesiae Episcopi,  
Decretorum Libri XX. ex Consiliis, & orthodoxoru[m]  
patru[m] Decretis, tum etiam diuersaru[m] nationum  
Synodis, ceu loci communes congesti, in quibus ...**

**Burchardus <Wormaciensis>**

**Parisiis, 1549**

De episcopis in iudicium seculare non vocandis. clxviii.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-10722**

D. BVRCHARDI EPIS. VVORMAC.

tamen eorumque successoribus nouimus constitutum, criminationes aduersus doctores non debere suscipi, nec peregrina iudicia fieri, neque quenquam alterius iudicis, quam sui sententia debere constringi.

*Vt aduersus doctorem accusationes nemo suscipiat.* Cap. CLXVI.

*Ex cōcil.  
Spalenſi,  
cap. 3.*

**A**ccusationes aduersus doctorem nemo suscipiat: quia non potest humano condemnari examine, quem Deus suo iudicio reseruauit.

*Ex epist.*

*Vt nemo episcopum apud seculares accuset.* Cap. CLXVII.

*Felicit  
papa Ae.*

**V**t nemo episcopum peres seculares arbitros accuset, sed apud summos primates.

*Egyptiorū  
episcopis  
missa,  
cap. I.*

*De episcopis in iudicium seculare non vocandis.* Cap. CLXVIII.

*Ex episto.  
Bonifacij  
papa ad  
episcop.  
Gallie.*

**N**ullus episcopus, neque pro ciuili, neque pro criminali causa, apud quemuis iudicem, siue ciuilem, siue militarem, producatur, vel exhibeat. Magistratus enim qui hoc iubere ausus fuerit, amissione cinguli condemnatione placetur.

*Vt non accusetur episcopus à criminosis.* Cap. CLXIX.

*Ex episto.  
Felicit  
pæ supra-*

**Q**uoties episcopus super certis accusatur criminibus, si tales fuerint accusatores qui iuste & canonice recipi debeant, synodo legitima in suo tempore congregata, ab omnibus canonice audiatur qui sunt in scopis misericordia episcopis. Quod si legitimi non fuerint accusatores, non fatigetur episcopus: quia sacerdotes ad sacrificandum vocari debent, non ad litigandum: nec illi qui throni Dei vocantur, prauorum hominum insidias debent turbari, sed liberè Christo famulari.

*Quod nullus episcopus extra suam prouinciam ad iudicium inuenetur.* Cap. CLXX.

*Ex decre.*

*Iulii pa-  
pæ, Oriē  
tali. epis.  
missis,  
cap. 18.*

**N**ullus episcopus extra suam prouinciam ad iudicium deuocetur: sed vocato eo canonice in loco congruo, tempore synodali, ab omnibus comprouincialibus episcopis audiatur: quia concordem super eum canonicamque debent proferre sententiam: quia si hoc minoribus, tam